AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 84r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26265
Copyright: Admont, Benediktinerstift



·vii. priores uberes terre fertiles ac fecundos de
clarat futuros. posteriores aut. vii. alios annos
steriles atq; infecundos. quorum sterilitas absumpta
foret ubertatem superiorum. Qua gratia prospiciendum
admonuit ut uberioribus annis congregaretur
subsidium frumentarium quod sustentare posset in
opiam future infecunditatis. Quid primum mirer.
Ingenium quod in ipsum ueritatis ascendit cubile. an
consilium quo tam graui atq; diuturne prospexit
necessitati. an uigilantiam atq; iusticiam. quorum
altera imposito sibi tanto munere congregauit
tam multiplices commeatus. altera quam equalitatem
per omnia seruauit. Nam de magnanimitate quid
loquar. quod uenditus a fratribus in seruitutem non retulit
iniuriam sed famem depulit. Quid de suauitate. quod
dilecti fratris presentiam pia fraude quesiuit. quem
simulato per elegantiam furto reum statuit rapi
ne ut obsidem teneret gratie. Vnde merito ei a pa
tre dicitur: filius ampliatus mens ioseph. filius ampliatus.
Zelotes filius mens. filius adolescentior. adiuuit
te deus mens & benedixit te. benedictione celi
a summo. benedictione terre habentis omnia.